Quantum ad ꝑmã priculã: volũtas hũana obligat se deo dupliciter. vno modo per viam voti: sicut dicit ꝓpheta in psal'. 75. Uouete ꝛ reddite dño deo vestro oẽs qui in circuitu eius affertis munera. Alio modo per viam iuramenti: sicut dicit idẽ ꝓpheta in psal'. 108. Iurauit ꝛ statuit custodire iudicia iustitie tue. ex quibus dictis ꝓphetic̃is habet ꝙ melius est actus ꝟtutis: cũ voto ꝛ iuramento: ga ꝑmũ ꝯsoluit. ꝛ scõm ipse implenit ꝛ nõ ꝯsoluit: nec ꝯplenit nisi meliora: ꝛ ga iste ꝑnceps obligat se per modũ voti ꝛ iuramẽti ad fidem seruandaz ecclesie: ideo illa subiectio est magis necia: ꝛ sicut magis necessaria: ita magis perfecta. Et istud est quantuz ad necessitatem obligationis que ꝓuenit a voluntate humana.

Quantum ad scõam particulaz: voluntate diuina homo quilibet obligat ad omnia illa que dictat ratio recta naturalis esse facienda. Et ga ratio euidentissima videt dictare ꝙ ille principatus: eo ꝙ ꝑnceps tẽporaliũ sit subiectus spiritui spiritualiũ. ideo ad hoc nãli iure tenet: quãtũcũq; nõ fecisset votũ nec iuramẽtũ: ꝛ ista necessitas ꝓueniẽs a volũtate dĩna dictat ex ordine quẽ bñt adinuicẽ tẽporalia ꝛ spũalia.

Intelligendum tñ est ꝙ in diuina scriptura iuenit ordo duplex. Quoꝝ vnus dr esse ordo eminentie de quo apl's ꝑaulus ꝑma Lozin. 15° capl'o. dicit. Unusquisq; in ordine suo consurget: ꝛ loquit ibi de ordine pfectionis: inducẽs istud exẽplum. Alia claritas solis: alia claritas lune: alia stellaꝝ. stella iquit differt a stella in claritate: ꝛ sic resurrectio mortuoꝝ. ¶ Scõs dicit esse ordo dependẽtie ꝛm quẽ vna res est ab alia: sicut ꝛz ꝑmũ: una res est supra aliã: de quo ordine accipitur illud Job. 38. capl'o. Nunquid nosti ordinẽ celi: ꝛ pones rationẽ eiꝰ in terra: qualr scz vna sphera mouet ab alia. ¶ Et ꝑmo ostendendũ est ꝓpoꝫ ꝛm ordinẽ eminẽtie: ꝛ scõo ꝛz ordinẽ dependẽtie.

Quantum ad ordinẽ eminẽtie: nullus fidelium dubitare debz quin bona spiritualia sint supioza bonis tẽporalibus. Unde btus apl's ꝑaulus ꝑma corinth. 9. capl'o dicebat sic. Si nos vobis spũalia seminauꝰ nõ est magnũ si carnalia metaꝫ? q̃si diceret ꝙ nõ est magna merces: si tẽporalia ꝓ spiritualibus accipiant. ¶ Et istis ꝑmissis arguit. quãdocũq; sunt alique due multitudines quaruz vna ꝛm se totam est alteri subiecta. quicũq; ꝑncipat in supioꝛi debet ꝑ esse illi qui ꝑncipat in inferioꝛi: ꝛ illa regula declarat dupliciter. ¶ Primo quidem in naturalibus: ga si corpoza incoꝛruptibilia: vt supercelestia icoꝛruptibilibus ꝛm mlitudinẽ ꝑncipant: sic declat btus Hzego. in moralibus: opꝫ vt illud corpus qõ naturalr ꝑfidet in coꝛporibus superioꝛibꝰ/ꝓsideat naturalr ei qõ ꝓsidet in inferioꝛibus. ¶ Scõo declarat in ciuilibus: quia si multitudo alicuius ciuilitatis ꝑncipareꝰ alicui multitudini alicuius ville vel suburbij/quicũq; principatur in ciuitate illa/eoipso debet ꝑncipari ꝑncipi illius suburby: vt per se videt patere. ¶ Et confirmat. Tum quia ideo ga ciuitas romana ꝓsidebat ceteris ciuitatibus. ideo ꝓnceps romani populi ꝓsidebat ꝓncipibus aliarũ. Tum ga. ideo ga ecclesia romana est magistra aliaꝝ ecclesiaꝝ: ꝛ mater: ideo ꝑnceps romane ecclesie conuincit esse pater ꝛ magister ꝓlatoꝝ aliaꝝ eccl'iarũ. Istis aũt ꝑmissis talis iducit minor. Sz tota multitudo tẽporalis subycit toti multitudini reꝝ spũaliũ: vt fuit ex fide ꝓpositũ. ꝯ ꝑncipi spũaliũ dz ꝑncipi spũaliũ

E

Euasio. Obiectio 2ꝫ.

Confirmatio 4ꝫ deductionis ꝓcedentẽ.

F

De angelica hierarchia.

1. Lozin. 13.

G

Subordinatio q̃uoꝝ iteruꝝ illa deductio ꝯ druplr formalr accipitur.

H

Vide ad ꝓpositũ huiꝰ mãe Scbã in dialogo: ꝛ Aure olũ atq; Ioã. ꝓcheđ. Aug. de anchona. Ioã de turre cremata: aliosq; plcs qui de anẽte ꝛ ptãte eccl'ie: ꝛ de cõparatiõe ꝛ dignitate statuũ scripserũt.

I per illas subiectiones fuit deductio intenta. Tuz quia in confirmatione deductionis:qñ dicit q principatus subycit inferiori portioni:cõstat q intelligi debet in tẽ pozalibus:z portio eius iferior superiori:quo ad eadẽ. Et ideo portio inferior in tempozalibus illi qui principatur portioni superiori.

2ª particula.

Circa scdam particulã illius particule:ad declarandum ppositũ fm ordinez dependentie:est intelligendũ cũ quatuoz sint modi dependẽtie fm q sunt q̃tuoz causaz gña:depẽdẽtia finis dicit esse prestãtissima:ga finis est causa causarũ:sicut posuerũt phi:pzo dependẽtia igit cause finalis sumitur intentio illius particule. ¶Sed ad illius particule declarationẽ:preintelligendũ est q cũ finis z bonum sint idem:Quatuoz genera bonoz inueniũt in diuina scriptura. ¶Quedã enĩ sunt bona extra nos:sicut diuitie z honozes que dicuñt bona fortune in vulgo:z ista sunt bona exterioza:ga non sunt formaliꝛ in possibilitate:de quibus dicebat Joseph fratribus suis.Heñ.45.caplo. Uenite ad me z dabo vobis bona omnia egypti.Et 4º Regũ.8.caplo.Dicit q venit Açael ad Deliseuz bñs secũ oĩa bona Damasci. ¶Scõo sunt alia bona circa nos:que sunt bona corpis nos circumstantia:vt pulchritudo sanitas z fortitudo:de quibus bonis dicebat Job eiusdẽ 2º caplo.cũ esset lãguoze corpis afflictus.Si bona suscepimus de manu dñi:mala aũt quare non sustineamus tẽpoze ifirmitatis:sicut bona tẽpoze sanitatis. ¶Tertio sunt alia bona infra nos: sicut bona anime que sunt nobis interioza ficut ipsa anima:sicut virtutes z operationes meritorie:vt scia sapia z iustitia:de qbus dicit Sap.7º caplo. Uenerunt autẽ mibi omnia bona pariter cũ illa.ſ.cũ prudẽtia.ga vtutes morales prudentie ponunt esse cõiter cõnexe. ¶Quarto sunt alia bona que sunt supza nos:z illa sunt bona nãm nram transcendentia:sicut sunt vtutes theologice:z sciſpũs dona: de qb9 dicit Saluator Matth.7º caplo. Pater vester celestis dabit bona petentibus se:z alibi dicit. Spiritũ bonũ petentibus se. ¶Et in istis bonis est manifestus ordo eminẽtie:ga melioza sunt bona circa nos q̃ extra nos:sicut dicebat diabolus dño in Job.Uncta que bz homo dabit pzo aĩa sua.i.pzo sanitate:de qua itẽdebat ibi bñe licentiã auferendi.Et iterũ bona infra nos sunt melioza q̃ illa que circa nos:ga illa sũt bona aĩe : z ista sunt bona corpis.vnde pzo scruandis bonis aĩe docet mozalis scia exponere corpis vitã.Et itez melioza sunt bona supza nos q̃ ifra nos:quia spũalia z diuina:z illa mere naturalia.Et itez in istis q̃tuoz generibus bonoz est inuenire ordinẽ dependẽtie:sicut ad finẽ:quia bona exterioza fortune sunt ꝓpter bona corpozis que sunt nature:cũ ꝓpter hoc appetant:z iteruz bona exterioza sunt ꝓpter bona mentis:sicut corpus est ꝓpter aĩaz: vt ad finẽ:z iterũ bona nr̃a iterioza sunt ꝓpter bona superioza:ga aĩe bona ordinant ad gloriã:sicut docet bt̃us Aug.pmo de tri. Que gloria est donũ spũale:vt ibi pz. ¶Nunc ergo ad ppositũ:si esset aliquis pnceps qui nõ haberet dñium nisi supza bona fortune:ille deberet subesse illi qui haberet dominiũ supza bona nãe in corpibus:sicut bona ista sunt supza bona illa. Et ille qui haberet tñ dñium in bonis corpis deberet subesse illi qui hꝫet dñium in bonis aĩe:sicut corpus aĩe subest. Et ille qui hꝫ dñium in bonis interiozibus aĩe:eadẽ ratione deberet subesse illi qui haberet pncipatũ i bonis superiozibus.Cũ ergo pncipes tempozaliũ nõ habeant dominiũ nisi in rebus exteriozibus:z circa nos z infra nos:forte quo ad aliqua:z in bonis supza nos nullã habeant auctem in re nãli debẽt subyci in suis pncipatib9 ei qui pncipat fm bona supnaturalia que sunt supza nos. ¶Istis aũt premissis:formaꝛ sic ratio fm dependentiã finis.quãdocũq3 aliqua due facultates ita se habent q vna ordinat ad aliã sicut ad finẽ:ille qui pncipat in fine debet pesse illi qui pncipat in eo qõ est ad ad finẽ:z illa regula declarat 4ª. ¶Primo quidez in iconomicis:quia enĩz mulieres sunt ꝓpter boies:eo q mulier in adiutoziuz viri legit esse creata.Heñ.2º cap. Et ideo quicũq3 pncipat in boibus debet pesse pncipi pncipi inter mulieres. ¶Scõo declarat in mechanicis.ga enĩ frenefactiua ordinat ad equestrẽ:sicut ad finez : iõ pnceps equoz debet nãli iure pncipari pncipi frenoz. ¶Tertio declarat in politicis.vbi ga facultas equestris ordinat ad militarẽ:ficad finẽ:ideo pnceps equorũ debet subesse pncipi militũz. ¶Quarto declarat in hierarchicis:ga enĩ ecclesiastica hierarchia ordinat ad celestẽ:sicut ad finẽ:ideo princeps militãtis ecclesie oz subyci pncipi triũphãtis. ¶Et illa regula sic declarata accipit talis minoꝛ:si facultas rerũ temporaliũ:nullo debitate fideliũ:ordinat ad facultatẽ rez spiritualiũ sic ad finẽ.ergo ille qui pncipat in facultate tẽporaliuz debet subesse ei qui in facultate spiritualiuz principat. ¶Sed illa ratio triplr soluebat. Uno modo a dicẽtibus q maioꝛ nõ est vliter vera:nec exempla oñdũt:cũ vlis affirmatiua possit destrui per vnicã instantiã. Alio modo:ga lz maioꝛ sit vera:tñ minoꝛ est falsa:qz spũalia z tẽporalia sunt disperata.Et ideo nõ adinuicẽ subordinata.Et ꝑma illaꝛ est otra rõnẽ:ga finis imponit necessitatẽ bis que sunt ad finẽ fm phos. Et sicut necessitas ista est ad finẽ:eadẽ rõne pnceps finis imponit necessitatẽ pncipi eius q est ad finẽ:vt ipsuz dirigat ad finez. ¶Scõa solo est cõtra fidẽ:ga illi qui ponũt tẽporalia nõ esse ꝓpter spũalia:ponũt esse tẽporalia sui gra appetenda.Et sic ponũt in diuitys felicitatẽ. ¶Ideo est tertia solutio magis apparens dicẽs vtrãq3 premissarum esse verã:tñ nõ sequit intenta 2clo:vt subyciat pnceps seculi in tẽporalib9:sed solũ in spũalibus:qõ nullus negat. ¶Ista tñ solo dat occasionez magis ꝓpositi:ga si ex hoc ostendit ille subiectus illi:ga facultas illi9 est ꝓpter facultatẽ istius:eo modo z quãtũ ad alia quibus facultas est ꝓpter facultatẽ erit subiectus.Sed tota facultas tẽporaliũ:inquãtũ tẽporalia sunt:est ꝓpter spiritualia.ergo quantũ ad esse tẽporale 2cludit illa subiectio. ¶Et cõfirmat in duob9 datis exẽplis.Tũ ga frenefactiua est ꝓpter equestrẽ.ideo quãtũ ad frenozũ factionẽ:z nõ quantũ ad alind cõcludit q magister frenoz est subiectus magistro equoz.Tum ga equestris est ꝓpter militarẽ:ideo pnceps equoz directione z regulatione arguit esse subiectus magro militũ.Et ita cũ ḃ temporalia spũalibus ostendunt fuisse subiecta ex ḃ nunc inferr q ille sit pnceps:ille subiectus:nõ nisi in tẽporalibus cũ tẽporalia ḃ accipiant ad finẽ ordinata : z nõ spũalia.vt pz in rõne ista. ¶Quia tñ in theologicis magis mouẽt auctes q̃ rõnes.Ideo ad illud ꝓposituz adducunt q̃tuoz auctes sacre scripture. ¶Quaꝛ ꝑma est Heñ.14.caplo.Ubi dicit q Melchisedech rex salem erat sacerdos dei altissimi:z sic habuit vtrãq3 potestatẽ spũalẽ z tẽporalez:sz nullus sacerdos fuit maioris auctis in veteri testõ q̃ in nouo:cum lex ista fit maioris auctis. ¶Et cõfirmat.ga ipse fuit sacerdos in ordine ad superioza.Et rex in ordine ad iferioza fm portionẽ superiozẽ z inferiozem.Et sic ꝑerat sibi:vt sacerdos inquantũ rex:ergo multo magis vbi sunt illa in diuersis.Et si dicat q istõ fuit datũ rõne persone. ¶Uidet q eadẽ rõne vbi eque sacra aut plus. ¶Scõm testimoniũ est:q cuz Moyses esset pnceps spũalium:vsus cõsilio

N

Maxima. Ora.

Declaratio ma.4ª.

1.cap.in fin.

Ora.

5 Regum.16. 23 de Dauid.

19.cap.

Caplo.9.

P

Dubium.

C

2. phy.12.metaphy.z alibi sepe.

Ad Heb.3.z nde.7.2.Leuit.3.

B

Q

Auctoritatez rõni in theologia pferri.

Quadruplicl scripture auctoritate cõfirmat dicta.

Bednob9 gladijs notanter.

D

Euasio nõdũ

Impugnõ sin gularissima.

Caplo codez

Additio nota bilis ex paulo ad predicta.

A

cõsilio Jetro cõstituit iudices in rebus tẽporalibus:vt solũ ipe esset in pertinẽtibus ad dcũ imediate. Exo.18. cap.Et sic potestas tẽporalis tunc suberat pncipi spũalium:quo maioꝛ est iste fm Apl'm. ¶Et cõfirmat.ga Deuterono.17º caplo.In dubys iudicys pferr iudicũ sacerdotis iudicio iudicis vlis in tẽporalibus:cũ loquebat de iudicio sanguinis:z inobedientẽ sacerdoti mandat iterfici.Tum ga in eodẽ caplo.Dicit q rex constituendus debebat accipe exẽplũ legis fm quã regnaturus erat a sacerdotibus leuitici gñis:que quidem acceptio legis ostendit aliquã subiectionẽ ei a quo quis accipit legẽ.Tũ ga eiusdẽ lib.21.caplo Dicit q ad sacerdotem iudiciũ pendet omne negociũ.Et loquit ibi taz de spiritualibus q̃ de tẽporalibus:vt pz in textu. ¶Tertiũ testimoniũ ẽ in p̃ Reg.vbi pz q cũ Samuel ppha esset dñs z pnceps spũaliũ existẽs sacerdos:sicut testat Aug.in libzo retractationũ:ipse iudicabat pplo in tẽporalibus:z ga ppls aliũ postulabat pncipẽ terrenoꝛ:dictũ fuit ei a dño.1.Regũ.8.caplo. Nõ te abiecerũt:sed me:ne regnarẽ sup cos.vnde pz q ipse instituit z destituit Saulẽ:z Dauid istituit:z ga Saul nõ paruit ei fuit reprobatus:vt pz eiusdẽ lib.15.caplo.¶Istud autẽ testimoniũ ꝛfirmat.Tũ ga habeꝫ in 3º Regũ q Helias habuit auctez istituẽdi reges:vt patuit de Jeu z Asael: qui fuit rex Syrie gentilis.Tum ga 4º Regũ.dicitur q Heliseus instituit regẽ Jeu.Unde dicit ille bis fuisse vnctus:aut ꝓceptũ datũ Helye de eiº vnctione:ipsi9 discipulus iplecuit.Tũ ga Jsaie fuit dictũ.Dedi te in lucem gentiũ:reges videbũt te:z ꝛsurgent pncipes. Jsaie 42.z.49.caplo.Tũ ga Hieremie fuit dictũ.Ecce cõstitui te hodie super gentes z sup regna tẽ.Here.p ca. ¶Sz occur.dif.ga Salomon abiecit Abiatar ne eẽt sacerdos dñi:z cõstituit pro eo Sadoch.3º Regum.2º caplo.Et sic dz oppositus illius auctatis. ¶Dz autẽ q istud nõ fecit auctẽ ꝓpria:sed auctẽ diuina:ga ibi dicit in p̃ caplo.qõ istud fecit Salomon:vt impleret verbuz dñi qõ factũ erat apud Hely. ¶Quartũ testimoniũ habeꝫ Matth.16.caplo.Ubi dñs ꝓmittẽs Petro pncipatũ spũaliũ dixit.Qõcũq3 ligaueris sup terrã erit ligatũ z in celis:z qõcũq3 solueris sup terrã erit solutũ z in celis:instituẽs ipsum vicariũ generalẽ z vlem in mundo isto:vnde quilibet vicarius accipit auctẽ a pncipali fm formã cõmissionis sibi facte. ¶Ista aũt cõmissio fuit vlis z vlr sumpta.g̃ quo ad oĩa taz spũalia q̃ tẽporalia debet esse intenta:aut nõ esset intenta vliter:sic ipsa est distributa. ¶Et cõfirmaꝛ:ga Luc.22º caplo.Dicente dño.Qui nõ habet:vendat tunicã:z emat gladiũ.Dixerũt apli.Ecce duo gladij ḃ.Et isti duo gladij accipiunt a doctozibus cõiter pro iurisdictione duplici.ſ.tẽporali z spirituali:quã apli emerũt vẽdẽtes tunicas suoꝛ corpoꝛ:vt emerent gentiũ fidẽ. ¶Dicũt tñ aliqui q fm dicta btĩ Dionysij.q mistica theologia nõ est arguibil: z ga illa expositio est mistica:iõ nõ facit fidẽ. ¶Istud tñ dictũ nõ est reale:ga vbi expositio nõ põt dari iuxta litterã in supficie:tũc illa expositio que videret esse mistica est litteralis.Et sic est in ppositõ:ga nõ est verisile q̃ chs eis pro tũc indiceret emere armaturas:cũ gladij vsum ad defensionẽ tũc Petro inhibuerit. ¶Sed ad illa testimonia magis apponiẽ euidẽs snĩa apli Paulli p̃ª Lozin.ij.caplo.Ubi dicit sic.Aialis homo nõ pcipit ea que sunt spũs dei:ga spũaliꝛ examinantur.spũalis aũt oĩa iudicat.Et ipse a nemine iudicat. Ex quo accipit argm:q sicut se bz aialitas ad spiritualitatẽ in iudicys:ita bõ aialis qui est tẽporalis ad spũalẽ:nũe aũt animalitas ita iudicat de sensibilib9 q nullo modo de spiritualibus:z spũalitas q nõ solũ iudicat de spũalibus: sed etiã de aialibus.ergo lz homo temporalis nõ possit iudicare de spũalibus:tñ bene spũalis de temporalib9. ¶Et cõfirmat Apli snĩa.Tum ga eiusdẽ eple.6º cap. Facit talẽ ꝓtia:scĩ de hoc mundo iudicabunt.g̃ multo magis bñt iudicare de tẽporalibus:de quoꝛ iudicio loquit ibi.Et ꝓtia nõ põt reduci ad formã nisi subintelligat illa regula:qõ qui iudicat de maioꝛi põt iudicare de minoꝛi:ex qua regula sequit ppositũ. Tũ ga ibidem dicit:si in vobis iudicabit ḃ mũdus idigni eſtis g sic minimis iudicetis:z ita nõ valet ꝓtia:nisi hoc subintellecto:q gcunq3 põt de maximis iudicare põt z de minimis:per qõ ostendit ppositũ.Tum ga ibidẽ.Nescitis ga angelos iudicabimus quãto magis secularia: qõ nõ valeret nisi subintellecta ista regula.quicũq3 põt iudicare superioza põt iferioza:z tũc spũalia sunt superioza tẽporalibus.Tum ga in fine illius capli cõcludit ex oĩbus istis.Secularia.g̃ iudicia si habueritis:ꝓtemptibiles qui sunt in eccl'ia:illos cõstituẽte ad iudicãdũ: qõ nõ ꝓcepisset si ecclia ab initio auctez iudiciuz seculariũ nõ habuisset. ¶Sed ꝓtra hanc sniam instat 4ª. ¶Primo.ga dñs Jesus chs dicit Pilato.Joã.18.ca. Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo.Et nullus vicarius bz auctatez vltra q̃ pncipalis dñs. ¶Dz aũt q chs non dixit q regnũ huius mũdi nõ esset subm regno suo:sed q suũ regnũ nõ eẽt mũdanũ:z ita in ppositõ. ¶Scõo ga Luc.12º Quidã querẽti ab eo tẽpozale iudiciũ de bereditatis diuisione cũ fratre suo:dñs dixit.Uõ quis cõstituit me iudicẽ aut diuisorẽ super vos:q̃si diceret:nullus:z sic videt q ipse nõ habuit in rebus vtilitez tẽporale.Dicit aũt q ipse recusauit iudiciũ particulare nõ vle totius mundi:cuius ipse est monarcha. ¶Tertio.quia Paulus Apls 2ª ad Thimo.2º caplo.Dicit q nemo militans deo implicat se negocys secularibus.si aũt iudiciũ seculare debeꝫ ecclesie:tũc negocys secularib9 ipliciat.Dicit q vle iudiciũ nõ facit talẽ iplicationem:sed particulare:quod destruit ꝓpter casuum variationem. ¶Quarto.ga Joãnes euãgelista dicit in can.sua.2º c: Nolite diligere mundũ neq3 ea que in mundo sunt:loquens fidelibus:q̃n gcgd est in mũdo:aut est ↄcupiscẽtia carnis:aut cõcupiscẽtia oculoꝛ : aut superbia vite.z sequit:si quis diligit mundũ nõ est charitas pãis in eo. oĩs aũt qui talia indicat:opz vt ad talia affectionez baeat inclinatã.Dicit aũt q mundus accipit ꝓ multitudine boĩum reprobor non ꝓ multitudine fideliuz babentiũ res tempozales in statu salutis.

E

Regula moralis z topica per locũ a minori.

F

Lauc.

Instantia 4ª.

Mõh de monarchia chi in tpalib9.qre in.3.antiquos z abbt.

Judicium 2ª.

G

Dico ergo ad qõnẽ q pncipatus regni sicilie ex hoc est nobilioꝛ:ga subiect9 ecclesie:sicut nobilius fuit imperiũ postq̃ fuit fidei subiugatũ:z liberius q̃ ante:cũ erat a fide exẽptuz:ga tunc fuit per participationẽ fidei subiugatũ.vnde felicius z nobilius regnauit Cõstantinus postq̃ fuit fidelis imperator q̃ eo tẽpore qñ fuit paganus.Et Hlodoneus pmus fidelis frãcoꝛ rex nõ fuit ignobilitatus per hoc q fuit chzistianus effectus.Et illius nobilitatis quã querim9 nõ modicũ signũ est:ga cũ reges qui cõsecrant:ex hoc merito ceteris pferant:quãto a superiori cõsecrante tanto ex hoc amplius nobilitat:iste autẽ solus cõiter a summo hierarcha in terris:tẽpozibus nostris consecrat. ¶Sed attendendum est q sicut ciuitas hierlm:primo habuit murꝛ:z deide antemurale ꝓtegẽs muruz.vnde chaldei pmo destruxerũt antemurale anteq̃ destruerent murũ. Hieremi.2º cap. Luxitq3 antemurale z murus pariter dissipatus est:z ita militans eccl'ia:que sepe in sacra scriptura illi ciuitati est cõparata:bz qdẽ murũ ipsaz claudentẽ bonoꝛ spũaliũ:sicut sunt articuli fidei z sacra eccl'ie:z dona spũssci:quib9 fractis:ciuitas esset

Regula.q.no tabilis.

H

Reges sicilie a papa debere consecrari.

Sillimdo nõbilis ecclesie z hierusalem. ſ.in threnis.

Mur9 z antemurale ecclie que?

Universidad de Deusto

Biblioteca

I destructa:z postea habet antemurale.s.bona tẽporalia istis spũalib⁹ subordinata:vt murus nõ possit ita ĩmediate ab hostib⁹ ipugnari:z sic cũ tẽporalia illius regni sint ĩmediate eccl'ie cõiuncta:regnũ est ad modũ antemuralis ipsi eccl'ie. ¶ Intelligẽdũ est tñ q ex illa radice accipit arg^m apparẽs:q milites qui sunt ppugnatores illius regni qñ fideli mente z pia deuotione se exponunt morti pro defensione illius regni:inquantus est antemurale bonoꝝ spũaliũ:sunt martyres ſm affectionẽ z volũtatis electionẽ:ga in eo q̃ ptegunt ipsum defendunt mediate murũ eccl'ie. ¶ Et istud dictũ 4^r declarat. Primo qdẽ in mozalibus:quãtũ ad vtutes fortitudinis:ga si aliqs miles aut ciuis se exponit morti pro ꝟseruãda sue ciuitatis libertate ℈ volẽte ipsaz subiugare:multo magis exponeret se pro eius salute ℈ volentez eã total'r destruere:eo q̃ maius malũ sit istud q̃ illud: z ita qui exponit se ad cauendũ minus fidei detrimentum in tẽporalib⁹:qd faceret de detrimẽto in spũalib⁹. ¶ Scõo declarat in agonisticis:ga magis cõmendat: vt amicus qui se exponit duello ꝓ ꝟseruanda amici sui fama:q̃ qui se exponit pro ꝟseruãda eius vita:quid enĩ faceret si ageret de eius vita:cũ talia faciat:cũ agit̃ solum de fama:z ita qd faceret in proposito talis miles si ageret de illa fide:cũ talia faciat:cũ agit̃ de administratis fidei orthodoxe. ¶ Tertio declarat in politicis:ga si aliqs rex cõmitteret duob⁹ militib⁹ duo castra z iterficeret in defensione muri vn⁹ z alius in defensione antemuralis:nolens expectare muri ipugnationẽ:ꝫ pbior iudicaret.qd eniz fecisset in defensione muri. Et ita in ꝓposito ſm ꝓmissa:supposita tali fide:cuz ille ꝓncipat⁹ sit antemurale eccl'ie. ¶ Quarto declarat in theologicis:ga btus Thomas põtifex a cõmendantib⁹ ipsuz doctoribus vere theologicis:ideo ꝑbat verus martyr:ga fidel'r pro bonis tẽporalib⁹ eccl'ie se exposuit:qd enĩ inquiunt fecisset si de spũalibus qñ extitisset:certe multo plus. Et ideo illa radix catholica m'ltũ dz animare illi⁹ regni ppugnatores,si fideli mente z deuota inspicitur. ¶ Et tunc dicit ad rõnẽ in ℈ iuz factã in pn⁹ qõnis:q̃ lz nulla rel'o dicat pfectionẽ in creaturis:sicut nec in diuinis/cũ oĩs dignitas in creaturis est relatiua:vt taz in dignitatibus eccl'iasticis q̃ in politicis pz:z tñ relones diuine nõ vident dicẽ dignitates:cũ videat absonum vnã psonã hẽ dignitatẽ quã nõ bz alia:aut q̃ pz z filiꝰ babeant plures dignitates q̃ spũsscũs. Et si dicat':sicut arguit̃ de pfectione:q̃ si relones create dicerẽt pfectionẽ multo magis diuine:ita si dicũt dignitatẽ multo magis diuine. Dicit̃ q̃ nõ sequit̃ eodẽ mõ:ga vnũq̃q; est pfectũ ad se:z dignũ ad aliud. ¶ Intelligendũ tñ est q̃ dignitas z pfectio opposito modo se hñt in boꝝ ga pfectio:cũ sit absoluta:nullius alterius dicit diminutionez. Et ideo in diuinis ad ĩtra est pfectio:dignitas vo cũ sit de nã sua rel'o suppositionis:dicit diminutionẽ in altero extremo.s.superpositionẽ. Et ideo in diuinis ad ĩtra nõ est dignitas:ga ad intra nulla est suppositio nec suppositio:tñ deus ad extra bene bz dignitatẽ:sic̃ z diuinũ: q̃uis g̃ create rel'ones dicãt dignitates:nõ tñ diuine ad ĩtra:ga ibi nulla suppositio cẽ põt. ¶ Et si dicat q̃ tũc erũt digniozes create rel'ones q̃ dine. ¶ Dicit̃ q̃ non sunt digniozes q̃ dine:ga ibi nulla dignitas:sic̃ pfectiones create nõ sunt pfectiozes q̃ diuine rel'ones:ga nullam dicũt pfectionez. ¶ Sed oc.dif.ga nobilitas z excellẽtia nõ solũ ĩueniunt̃ in pfectionibus.Sed etiã ponunt̃ in dignitatib⁹:z tũc ꝓueniũt rel'onib⁹: z si rel'onibus:magis diuinis. ¶ Dicit̃ q̃ excellẽtia est rel'o suppositionis.Et ideo repugnat diuinis rel'onib⁹ ad ĩtra:non illis que sũt ad extra.nobilitas aũt talis:qualis ꝓsequit̃ dignitates:repugnat rel'onib⁹ diuinis ad ĩtra:eadẽ rõne qua ipse dignitates:vt fuit oñsuz.nobilitas aũt ꝓueniẽs absolutis nõ repugnat attributis ad intra:tñ bene,ꝑpetibus:ga sunt relatiue. Et ista mã magis declaratur in qõne qua q̃rit:vtrũ diuine relones dicãt aliquã pfectionẽ.Et ideo pro nũc sufficiat quãtũ spectat ad mãm istã que nõ assumpsit diuinas relones in tãta subtilitate ꝓsiderare:quãtũ ptinet ad tractatũ pure theologicũ: sed solũ assumpsit declarare nobilitatez illius ꝑncipat⁹ ad ꝟsolandũ ei⁹ subiectos:ſm illud Sapiẽ.Eccle.10.c^o Beata terra cuius rex est nobilis ẽ. ¶ Qõ. XII.

Duodecima qõ fuit.Utrũ obediẽtia sit nobilissima vtutũ moraliũ.Et qdẽ ad illius qõnis declarationẽ. ¶ Primo itelligendũ est q̃ quatuor virtutes inueniunt̃ in diuina scriptura singulariter cõmẽdate:que icludũt subiectionẽ. ¶ Quaꝝ prima est:legalis iustitia:per quã iustitiã homo fit legi subiectus:vñ iustus legal'r est qui bñ subycit oĩbus legis ꝑceptis:de qua iustitia dr̃ pro parentib⁹ btꝰ Joã.baptiste.Luc.1.Erãt aũt iusti ambo ante deũ incedentes in oĩbus iustificationib⁹ dñi sine querela:ga.s.legi diuine volũtarie erant subiecti. ¶ Scõa vtus est fides catholica que icludit subiectionẽ ad diuinã auctẽ:de qua subiectione dicit Apl's.z.Corin.10.q̃ arma militie nr̃e nõ sunt carnalia:sed potẽtia dei:in captiuitatẽ redigentes oẽm itell'm in obsequiũ Xp̃i. ¶ Tertia vtus est humilitas:que dicit z icludit subiectionẽ ad euz cui se humiliat:de qua subiectione dicit apl's ꝓtrus in p^a can. sua.5.Humiliamini sub potenti manu dei.z simili mõ fuit dictum Agar ancille Gen.16.Reuertere ad dñam tuã z humiliare sub manu ei⁹. ¶ Quarta vtus est obediẽtia:que directe in sua rõne formali icludit subiectionẽ obtẽperantis ad ꝓncipantẽ. Un illa vtus duob⁹ ꝓsonaꝝ gñibus singulariter que sunt subiecte ꝓuenit. Tuz ga apl's Paulus ad Eph.6.Fily obedite parẽtib⁹ vr̃is. Tum ga ibidẽ dicit.Serui obedite dñis vr̃is. Et ideo si ille vtutes nobiles sũt z venerabiles:vt testat̃ diuina scriptura:subiectio ſm vnãquãq; illaꝝ vtutũ est venerabilis. ¶ Oꝛ aũt vtus obediẽtie icludat directe subiectionẽ:oñdit 4^r testimonio apl'ico. ¶ Primũ est:quia apl's Petrus in ꝓma cano.z.ca.Judicẽs fidelibus obedientiã ad ꝓncipes mundi/dicit.Subiecti estote omni humane creature ꝓpter deũ ẽ. ¶ Scõm testimoniũ. ga apl's Paulus idicans obedientiã que debz esse eius qui iudicat ad iudicẽ suũ/dicit Actuũ.26.Propter quã cãm sto in iudicio subiectus. ¶ Tertiũ testimoniũ: ga idẽ Apl's declarãs obedientiã que debz esse vxoris ad virũ suum/dicit ad Eph.5.Ut eccl'ia subta est Chr̃o:ita z mulieres viris suis in oĩb⁹. ¶ Quartũ testimoniũ est q̃ idẽ Apl's loquẽs de obediẽtia charitatis:que dz esse ĩter fideles/dic̃ in eodẽ ca^o Subiecti iuicẽ i timore dei.

Istis autẽ premissis ad ostendendum q̃ aliqua subiectio ĩportat nobilitatẽ contra illos qui nobilitatem regis Sicilie al's declaratam: ex subiectione obfuscare nituntr̃:fuit questio reducta.vtꝝ obediẽtia sit nobilissima virtutum moraliũ.Et quidez illa q̃stio vnũ supponit z aliud q̃rit:illũ qd supponit est q̃ obediẽtia est virtus moralis:z illud qd̃ q̃rit est.si virtus talis moralis est nobilissima:z ideo ꝑmo negociandum est circa suppositũ:z scõo circa quesitum.

Quantum ad primã partẽ ostendit̃ q̃ obedientia sit vtus moralis:ga in diffõne vtutis moralis apud moralẽ ꝑhã ponunt̃ quinque ꝓtricule obediẽtie ꝓuenientes. ¶ Quaꝝ ꝑma est/q̃ vtus moralis est habitus ad ꝺiam actuũ z dispõnũ. ¶ Scõa est q̃ habitus

N pugnat relationibus diuinis ad ĩtra:ad intra.

Uid.34.z.35 distin.1.z vbi ibi notaui.

ꝑce.t.c. 116.

Sermo declarans de obediẽtia.

Virtutes theologicas superabundãtiꝰ carere.

O Virtus 4^r ad subiectionem ptinẽs in scriptura cõmendata.

Nota.

Iꝛ scruciuo.

P Obedientiam duab⁹ ꝓsonarũ gñibus cõuenire.

Obedientiam subiectionem includere 4^r oñdit ex paulo.

Q

Boiunz.q. 6ez.q.ꝑcedẽte

Suppositum q.z quelibet eius que?

ꝑ° articulus;

2.ethi.c.5.

A Diffõ virtutis moralis.5.ethicoꝝ ꝓtinet q̃ obedientie cõuenient.

B

2° bꝰ articuli. 3° arti.de quesito.

Arguit ꝑ ad partes quesiti

C

D Bal.9.

Subiectiones aliqui nobilitates ĩportare ostendit 2^r.

Exaſio quam reprobat.

q̃ habitus electiuus ad ꝺiam virtutũ intellectualiuz. ¶ Tertia est/q̃ ipsa est in medio ꝓsistẽs ad ꝺiaz vtutum nãliuz que ponunt̃ ꝓncipia agẽdi in actibus merenãlibus:vt calor in igne:ga ille vtutes ꝓsistunt in extremo:z ideo dicit̃ in nãli ꝑhia q̃ virtus est vltimũ de potentia. ¶ Quarta ꝺitio est:ga ipsa est in medio duaꝝ malitiaꝝ.ad ꝺiaz q̃litatũ sensibiliuz:vt colores medy qui sũt in medio duaꝝ dispõnũ albedinis:z nigredinis: tñ nõ in medio duaꝝ malitiaꝝ:sic̃ est vtus ĩter duo vitia. ¶ Quinta ꝓticula est q̃ ille malitie sunt supabũdãtie z defectus:ad ꝺiaz virtutũ theologicarũ que lz habeãt defectũ:nõ tñ hñt supabundantiã:ga lz aliqs posset deficere in credẽdo aut diligẽdo deũ:nõ tñ supabũdare:cũ ipse sit infinite bonus z ver⁹. ¶ Nũc aũt ad ꝓpositũ:obediẽtia est ꝑ habitus:quo ad ꝑmã particulaz: ga ex frequẽtibus actib⁹ obediẽdi gñaꝛ hitus inclinãs ad obediendũ:sic̃ ex actib⁹ iustitie:vt experimur. ¶ Zº ipsa est habitus electiuus:ga electio est actꝰ volũtatis z tales sunt actus obediẽtie:vt experiẽtia docet. ¶ 3º ipa est in medio ꝓsistẽs:ga cũ sit circa bonũ ꝑcepti cõtingit circa ipsum nimis intense agere z nimis remisse. ¶ 4º ipsa est in medio duaꝝ malitiaꝝ:ga ille q̃ nimis itendit vituperat circa bonũ finitũ:z quis nimis remittit. ¶ 5º iste malitie sunt supabundantie z defectus:ga ille q̃ obedit in gbus nõ opz est superabundãs:z qui nõ vult obedire in gb⁹ opz:est deficiẽs:sic̃ ille ꝓpheta qui venit de iuda in Bethel fuit supabundans in eo q̃ obediuit alteri loquenti ex pte angeli.3.Reg.13.cap̃:z fuit deficiẽs in eo q̃ nõ obediuit voci dñi:vt ibidẽ habet':z sic supponit̃ q̃ obedientia est virtus mozalis.

Quantum ad scdam partẽ.suppositio q̃ obediẽtia sit virtus mozalis:currit qõ.vtrũ sit nobilissima vtutũ mozaliũ. ¶ Et arguit̃.ꝑmo q̃ nõ: ostẽdẽdo q̃ subiectio qua ꝑtinet obedientia nõ possit dicere pfectionẽ aut nobilitatẽ. ¶ Primo.ga illud qõ ꝓportat pfectionez est in deo formal'r:aut vtual'r:subiectio aũt nõ ꝓtinet in deo formal'r:ga ibi est dñatio formal'r oppoꝝ subiectioni:nec ꝓtinet ibi vtual'r:ga nũq̃ cõtinet aligd in deo vtual'r:cuiꝰ oppositũ ꝓtinet in deo formal'r. ¶ Et ꝑfirmat̃.qa deus esset supereminenter subiectus. ¶ Scõo arguit̃ q̃ illud qõ de se refutat̃:aut nõ appetit̃ ꝓpter se:nõ dicit aliquã pfectionẽ:lz subiectio nõ appetit̃ pp se:lz pp aliquã pfectionẽ que acgrit̃ ex tali subiectione.g̃ nõ dicit pfectionẽ. ¶ Tertio quia g̃rũ vnũ se hz in rõne actiui z reliquum in rõne passiui: semp passiuũ dicit impfectionẽ:vt ꝑbat dicto cõi:sed subiectio est hꝺ:cũ ꝑtio sibi opposita sit actiua:aliogn frustra eẽt ꝑtꝰ nisi possz aligd ꝓcipere.g̃ subiectio nõ dic̃ pfectionẽ. ¶ 4º arguit̃.ga subiectio ex pte radicis sue nõ dicit pfectionẽ.Tũ ga in statu innocẽtie:bõ nulli fuisset subtus.Tũ ga seruit⁹ est iducta pp pctm̃ in filio Noe post lapsuz boꝝ ꝑmi.Tũ qz i fruitute tyrãnica:pp defectꝰ vtutꝝ in subditis.Tũ ga in fruitute volũtaria:cũ gs se subycit fruituti ex ꝺfectu rõnis. ¶ Bz ℈ istꝺ argt: q̃ subtio dicat nobilitatẽ in aligb⁹:z sic cũ obia icludat subtionẽ/q̃ ipsa possit nobilissima dici vtutũ moraliũ. ¶ Oꝛ aũt aliq̃ subtio dicat nobilitatẽ ꝺclar'.

¶ Primo.ga nobiliozi mõ est aia sensitiua in boe q̃ in bruto:z tamẽ in homine est rationi subiecta z nõ in bruto. ¶ Scõo declarat idem:ga nobiliozi modo est aia ĩtellectiua in chr̃o:vbi est substantificata in vbo q̃ in boe alio:z tñ in chr̃o est subiecta deitati in eodẽ supposito: z in supposito alterius boꝝ est simpl'r regina oĩuz aliarum naturarũ in eodẽ supposito existentiũ. ¶ Et si dicat q̃ illa nobilitas est gratia vnionis:nõ gra subiectionis. ¶ Istud nõ valz.ga si per impossibile esset anima vnita z non subiecta:tunc esset peccatrix sicut aia sensitiua:cum non esset obediens intellectiue.

E

Circa istaz questionẽ ordine retrogrado nego ciando ex cã. Primo insistẽduz est circa rõnes factas. Et zº circa ꝓsiderationes faciẽdas.

Quantum ad ꝑmã partẽ. Primo sunt dissoluẽde rõnes facte ad ptez negatiuã. Et scõo sunt cõfirmãde rõnes ad partẽ affirmatiuã.

Quantum ad primã partẽ. Prima ratio facta ad ostẽdendum q̃ subiectio non dicat nobilitatẽ:est qz nõ est in deo formal'r nec virtual'ter:z q̃ non sit ibi subiectio virtual'r/ꝑbat.qz cius oppositũ.s.presidẽtia inest ei formal'r. ¶ Istud aũt arg^m peccat dupl'r. Primo qdez in minozi:z scõo in ꝑbatione minozis:cũ enim dicit in minozi:subiectio non cõtinetur in deo:nec virtualiter:nec formal'r:istud quidez est vez quantum ad esse formale:nõ tamen quantum ad esse virtuale:sicut ostenditur quadruplici ratione. ¶ Quarum ꝑma est.q̃ quicqd deus põt efficere cõtinet in se virtual'r:cum cõtinẽtia virtualis nõ sit nisi in potẽtia effectiua:sed deus põt facere subiectionẽ:cũ sit omniũ causa efficiens ꝑma.igit̃ virtual'r cõtinet eam. ¶ Scõa est.qz quicqd cõtinet causa scõa in virtute cõtinet causa ꝑma:que ꝓtinet virtual'r cãm scõam:cuz ea que cõtinent̃ a contẽto cõtineant̃ z cõtinẽte:sed causa scõa continet subiectionem in virtute:cum oĩs effectus in sua causa sit virtual'r contẽtus.ergo magis causa ꝑ⁹. ¶ Tertia.quia quicqd non cõtinetur virtual'r in deo est ens prohibitum:cum sola talia entia effugiant eius ꝓductiuam virtutẽ:sed subiectio est ens non ꝓhibituz: cum ponatur in rez natura.ergo est virtualiter in deo cõtenta. ¶ Quarta.qz quicqd deus cognoscit ad extra cõtinetur in deo exẽplariter per ideas q̃s habet apud seipsum per modũ artis:sicut docet beatus Augu.in lib20.83.q.sed omnia:quoꝝ habet ideas:cõtinet virtualiter:cum idee ſm beatũ Aug.sint principia cognoscẽdi z operandi artifici.ergo cum deus cognoscat subiectionez:vtualiter cõtinet ipsam. ¶ Et cõfirmat̃ istud quadruplici auctoritate. ¶ Prima.qz dicit ꝓpheta in ꝑs.Omnia subiecisti sub pedibus eius.s.bois loquentis ad deum:z illam subiectionez facere non potuisset nisi eam cõtinuisset in virtute. ¶ Secũda est.qz dicit ꝓpheta Isai.45.q̃ deus promisit Cyro vt subyceret ante faciem eius gentes:qõ frustra fecisset nisi talem ptãtem habuisset:que est virtualis continẽtia. ¶ Tertia est apostoli Pauli.prima coꝝ.15.vbi dicit.q̃ filius tunc erit.s.in fine:subiectus ei qui omnia illi subiecit.i. deo patri:qui nequaq̃ filio aligd subyceret nisi subiectionem illã virtual'r contineret. ¶ Quarta est eiusdẽ apostoli ad Hebr.2.vbi dicit.q̃ deus pater nõ dimisit aligd non subiectũ filio in eo q̃ omnia subiecit sub pedibus eius:z isto modo virtual'r continuit. ¶ Dicit tñ iste doctor q̃ illa subiectio nõ est in deo supereminẽter. Istud aũt est contra determinationẽ beati Diony. z.cap̃.diuinoꝝ nomi.vbi dicit expresse:q̃ illa omnia que sunt in creaturis supereminenter sunt in ꝑma causa: q̃uis ibi a mãlibus segreganť:z iterꝝ cõtra determinationẽ beati Dion̄.in suis stoiccosib⁹:sicut recitat̃ in.3. ca.diuinoꝝ nomi.qui dic̃.q̃ Jesu diuinitas est in se super bis:z ꝓhabẽs tam pfecta q̃ impfecta oĩa entia:z ꝓstat q̃ subiectio est entitas:siue pfecta:siue impfecta. ¶ Et cõfirmat̃ auctẽ duplici diue scripture. ¶ Quarũ ꝑ⁹ est Jo.euãge.p̃ cap̃.dicẽtis.Qõ factum est in ipso vita erat:z iõ cũ subiectio sit facta:ipsa ꝑfuit in deo vita:nõ viuẽs aũt nõ põt cẽ vita:nisi supereminẽter. ¶ zº peccat istud arg^m in ꝑbatione minozis:cum assumit ad

F

G

q.46.

Idem q̃drupliciter auctẽ cõfirmat.

8

Probationẽ minoris p. ꝑncipal'ñ.ꝓcedẽte oñdit 4^r

H

Exaſio quaz impugnat multipliciter.

I probandū eam: q illud cuius oppositū continet in deo formal'r/nō cōtinet in eo virtual'r: ꝛ ideo qa platio cōtinet in deo formal'r subiectio nō pōt cōtineri in eo vtualiter. ¶ Istud aut̄ medium militat p̄mo ꝺ articulū creationis: qa cū esse a se ꝛ eē ab alio sint opposita: sic pside re ꝛ subyci: si istud medium est bonū: cū in deo sit esse formaliter a se: nō erit in deo vtual'r esse ab alio: ꝛ sic non poterit facere creaturā que sit ab alio. ¶ Scōo militat istud medium ꝺ articulū incarnationis: qa assumere ꝛ assumi sunt opposita: sic pesse ꝛ subyci: cū assumēs inquātū assumens pssideat: ꝛ ideo cum posse assumere sit in deo formal'r: assumptio passiua non erit in eo virtual'r: ꝛ sic nō poterit care illā vnionē. ¶ Tertio militat ꝺ articulū resurrectionis: qz cū resuscitare ꝛ resuscitari sic opponant: sicut pesse ꝛ subyci: cū resurgēs inquantū talis sit resuscitati subtus: cū in deo sit formal'r posse resuscitare: in eo nō erit virtual'r resurgere: ꝛ sic nō poterit ipsuz effectiue care. ¶ Quarto militat ꝺ articulū ascēsionis: qa eleuare ꝛ eleuari sic opponūt: sic pesse ꝛ subyci: ꝛ iō cū posse eleuare sit in deo formal'r: possit eleuari nō est in eo vtual'r: ꝛ sic humanitas ad inimitatē eleuari nō potuisset. ¶ Sed oziē dix. si istud medium ꝓ assumptū ꝓsonat alys doctrinis q̄ theo⁹. ¶ Dicit aūt q imo tendit ꝺ 4ᵘᵐ. Primo qdē scie mozali: qa sūmus pnceps in republica: que ꝺ monarchia: hꝫ in se pśdentiā ciuilē respectu oīum formal'r: ꝛ tūc ex hoc non excludit qn habeat subiectionē vtual'r: aliqn nō posset facē in ciuⁱ⁹ subiectionē. ¶ Scōo ꝺtendit scie nāli: qa lz sol in se sit icorruptibilis formal'r: tñ ꝓtinet corruptibilia vtual'r: que iq̄tū talia plus icorrupti⁹ opponunt q̄ subta pśdētib⁹. ¶ Tertio ꝺtēdit scie mathe⁰: nā cū in arith⁰ vnitas cōtineat vtual'r oēz numez: cū ipa sit idiuisibilis formal'r nō poterit ꝓtinere numez vtual'r: qui est diuisibilis per essentiā. ¶ Quarto ꝺtēdit scie meta⁰: qa cū subē separate sint icorporales ꝛ pmanētes formal'r: nō poterūt ꝓtinere aliquid virtual'r corporale ꝛ successiuū: ꝛ sic non poterunt esse cause motus celi.

Ad scōm añ oppositum.

Secunda ratio facta ad ostendendū q subiectio nō possit dicere nobilitatē est ista: illud qō refutat̄ de se: ꝛ si appetit: nō appetit sui gra: nō pōt dicere pfectionē: lz subiectio est bō. q. tē. ¶ Ista aūt rō peccat dupl'r. Primo qdē in maioꝛ: cuz dicit: q illud qō nō appetit sui gra nō dicit pfectionez: tūc enī nullū ordinatū ad finē diceret vltā pfectionez: cū ea que sūt ad finē nō sui gra appetant̄ sed gra finis. ¶ Et cōfirmat̄ istud 4ᵘᵐ. Tum qa in disciplinis logica nō q̄rit: sui gra: aut grāmatica: lz pp scias supiores ista desideram⁹: ꝛ tñ habit⁹ itellectuales dicunt itell's politis pfectiones: cū sint vtutes. Tū qa ī doctrinalib⁹ nō q̄rit medicina sui gra: vt vulgo dr: sed ꝓpter sanitatem: ꝛ tñ medicina est pfectio ꝛ vtus itellectiua. Tū qa in corpalibus non querunt̄ bona corpis: aut vires sui gra: sed ꝓpter bona aie: ad que de nā sua sūt ordinata: ꝛ tñ bona corpis dicūt pfectionē corporalē. Tū qa in spūalib⁹ bona aie. vt vtutes nō q̄runt̄ nisi pp beatitudinē: vt docet btūs Aug. p̄mo de tri. ꝛ tamē virtutes sunt pfectiones. ¶ Ideo dico q multa dicunt pfectionē que nō sui gra appetunt̄: qa appetere sui gra aliqd est eo frui fm btūz Augu. de doc. chri. frui est alicui amoze inherere ꝓpter se: ꝛ ita cū nihil sit fruibile nisi deus solus: deus diceret pfectionē. ¶ Et cōfirmat̄. qa appetitus noster: qui est rectissimus: nō appetit bnta nisi ꝓpter boiem: ꝛ tamē bnta sūt entia pfectissima citra rōnalia. ¶ Scōo peccat ista ratio in minoꝛi in eo q assumit: q subiectio refutat̄ vl'iter: qō nō est ve ꝛ: qa iste doctoꝛ distinxit inter bonā subiectionē ꝛ malā: ꝛ nullū bonū: inquantuz tale: hz rōnē fuge. ¶ Et cōfirmat̄ illa iteremptio q̄druplici exemplo. Primo. qz ꝑmus angelus: qz recusauit deo eē subus: fact⁹ est diabolus: vt habet Ysaie. 14. ¶ Scōo. qz ꝑmus hō noluit eē subiect⁹ deo, fact⁹ est in statū miserie: cū eēt in actu inocētie fm illud ꝓpheticū. Hō cū in honoze eēt nō itellexit. ¶ Tertio. qz glubet efficit inimicus dei ex hꝫ q recusat eē subus legi diuine: sic dicit Aposto. ad rom. 8. ca. q sapia carnis inimica est deo: legi enī dei subta nō est: nec. n. eē pōt. ¶ Quarto. qz ille q nō vult eē subiect⁹: dr in scriptura filī⁹ Belial. i. absqz iugo: vel dño fm interptationē beati Hieronymi. Unde dr ꝑmi Reg. 2. q. filij Hely erāt filij Belial: nescientes dñm: ꝛ sic videnť eē qui bonā abyciunt subiectionē.

Ad 3ᵐ añ oppositū ex ꝓma. ifert 4ᵐ impossibile.

Tertia ratio qz qñ aliqua duo cōparant̄ adinicē vnū in rōne actiui reliquuz in rōne passiui: si actiᵐ dicit pfectionē: passiuū dicit impfectionē: sic ꝑs in regere ꝛ regi: docere ꝛ doceri. nūc āt pesse ꝛ eē subm sic se bñt: ꝛ ideo cū pesse sit nobilitatis: subyci erit ignobilitatis. ¶ Ista āt rō: si bona eēt q̄tū ad maiorē sequerent̄ 4ᵒʳ ipolia. ¶ Primū qdē in monarchicis: hꝫ q deᵒ ꝓncipat̄ vniuersis ꝓncipatu monarchico: qz fm beatuz Diony. 4. diuinoꝛ nomi. diffundit suā bonitatē cōicādo oib⁹ creaturis hꝫ eaꝛ capacitatē: ꝛ hꝫ illā maiorē capacitas talis passiua dicit ipfectionē: sicut vtus cōicatiua pfectionē: ꝛ sic creatura q̄to diuie bonitat̄ capaciorem eēt impfectioꝛ: qō est absurdū. ¶ Zᵐ ipole in monasticis: qz ifra cūdē boiez: itell's agēs dicit perfectionē: ꝛ tamē itellectus possibilis: qui est passiuz sibi coꝛrespōdens: nō dicit impfectionē: cū sit potentia beatifi⁶ⁱᵒ: ꝛ per ipsam est homo ad imaginez trinitatis.

3.6 aia. t.c. 3. ꝛ cō. 5. ꝛ idē. P

¶ Et confirmat̄ qz itelligibile tale qō est actiuum reᵃ intellecti: cū intelligere sit quoddā pati: dicit perfectionem: cū intell⁶ inquātū tale sit verū: ꝛ tamē intellectiuū nō dicit impfectionē: cum nobilioza sint entia itellectiua: q̄ intelligibilia: vt talia sunt. ¶ Tertiū ipossibile in bierarchicis: qz lz beatificatiuuz dicat pfectionē ꝛ beatificans similiter: tamē beati⁶ ꝛ beatificatū: inquantuz talia: nō dicunt imperfectionē: alioquin inquātuz tales eēnt iperfecti: ꝛ tamē illoꝛ cōparatio est sicut actiui ad passiuū. ¶ Et cōfirmatur. qz naturalis potētia in creatis quanto magis beatificabilis: tanto magis perfecta. ¶ Quartū impole est. in thearchicis in qbus ponit generatio actiua ꝛ passiua: ꝛ ita de spiratione: ꝛ lz generatiuum ꝑm spiratiuuz dicāt perfectionē: tñ spiratiuū: aut generatiuū nō dicūt impfectionez. ¶ Et si dicat q ibi nō est actio ꝛ passio proprie: tamē est ibi ꝓducere ꝛ ꝓduci: sicut subycere ꝛ subyci. ¶ Et cōfirmat̄. qz filius ꝛ spūssanct⁹ dicunt̄ ꝓduci ꝛ mitti a patre: sine vlla sui impfectione. ¶ Ideo dico q illa maioꝛ est simpl'r falsa: cū dicit passiuuz eē semp impfectū: cū in passionibus: que sunt salus ꝛ pfectio: melius sit talia pati q̄ nō pati. ¶ Et cōfirmatur. qz fm illaz maiorē: lz generare regem eēt nobilitatis: ex hoc generari a rege eēt ignobilitatis: ꝛ per cōsequēs esse filium regis: ꝛ iterū si ex hoc q actiuuz est nobile passiuuz est ignobile: sicut assumit ratio illa: quanto actiuū nobilius tanto passiuū ignobilius: ꝛ sic peius erit subyci deo: q̄ creature.

Q Reiecto argumento.

Passio ꝓpter. vide. 2. t. 3. de aia.

Quarta ratio est: quia illud est malum: qō hꝫ malam radicez: nec pōt dicere perfectionē: subiectio enīz hꝫ malaz radicē: sicut declarauit ille doctoꝛ in exēplo quadruplici. ¶ Primum. q in statu inocentie nō fuisset subiectio. ¶ Scōm. q in filys Noe iducta est seruitus ꝓpter peccatū. ¶ Tertiū. q in subiectiōe tyrānica. ¶ Quartū in se minute voluntaria: cuz gs patiť se vendi ex iniquitate. ¶ Quantū ad primū exēplum cū dicit. q in statu inocētie non fuisset

Ad q̄rtū ꝓncipale.

Subdo 2ᵐ in statu inocētie cē ostēdā 4ᵐ.

A subiectio: vez quidē est de subiectione penali: nō tamē de salubri. ¶ Et istud declarat̄ 4ᵐ. Primo. qa hō tunc fuisset maxime deo subiectus: quia in oībus obediens.

Lib. 14. c. 24 ꝛ caracter.

¶ Scōo. qa tunc corpus hois maxie fuisset aie subm: vt declarat btūs Augu. in lib. de ciui. dei. ¶ Tertio. qa ille nō fuit perfectioꝛ status q̄ status angeloꝛ in ꝑia: iter quos est subiectio fm ꝓncipat⁹ hierarchicos: sicut docet btūs Diony. de angelica hierarchia. ¶ Quarto. qa ille status nō fuit nobilioꝛ q̄ status ad quē translati fuissent final'r: imo minus pfectus: ꝛ tamē in illo statu finali: cum fuissent in angeloꝛ ordinibus collocādi: ibi fuissent hierarchice subti: sic coꝛ ꝺciues. ¶ Ideo dico q in statu inocētie fuissent q̄tuoꝛ ꝓncipatus: ꝛ fm illos quadruplex subiectio venerāda. ¶ Quoꝛ ꝑmo fuisset ꝓncipatus monasticus fm quē quilibet hō sibiipsi pfecte fuisset subiectus: vt facil'r oīa corpis mēbra obedirent volūtati: ꝛ vires aie iferiozes superiozibus essent perfecte subiecte. ¶ Scōs fuisset ꝓncipat⁹ patriarchichus fm quem filij parentibus fuissent subiecti: qa illa subiectio ꝓtinet ad iuolabilē nāe legē: vnde sicut malū fuit a parentib⁹ derivatū originale: multo magis abeis bonū originale pueniſſet. ¶ Tertius fuisset ꝓncipatus monarchicus iter boies qui habuissent vnū monarchā: qa ex hoc ꝓ melioꝛ est ordo tot⁹ exercit⁹ ad ducē q̄ partiū adinuicē: ostēdit in vniuerso vnicus ꝓnceps.

Drāt statu inocētie ibi q̄druplex statū reperiri.

B

Al. vnitas principis.

¶ Et ista ratio cōcluderet vnicū ꝓncipē in illo statu q erat optimus: ꝛ per ꝑs optimo ordine non caruisset. ¶ Quartus fuisset ibi ꝓncipatus hierarchicus: qa ibi tunc fuisset cōmunicatio bonoꝛ spiritualiū: plus q̄ modo: ꝛ ideo in tali cōmunicatione fuisset: sicut nūc deuenire ad vnū ꝓncipē primū: sicut in ecclesiastica hierarchia: cadē rōne: qa in quolz ordine celesti est vnus hierarcha. ¶ Sed attēdēdū est q duo modi sunt dⁱᵉ⁹ de ꝓcessu status inocētie. ¶ Unus modus est: q ꝑmᵒ hō vixisset q̄sqz oīs electoꝛ numerus fuisset ipleᵗ⁹: ꝛ tūc fuissent simul trāslati: sicut post diē iudicy oēs sīt assimēnť. ¶ Et tunc creditť q primus hō: q dr a deo fuisse creatus sapiētissim⁹: fuisset oīum vnicus supnus ꝓtiarcha ꝛ princeps. ¶ Alius modus ponit̄ q fuissent successiue translati post etatē a deo determinatā: sic nunc mozium̄: ꝛ tūc nō fuisset vnicus patriarcha illo modo: sed magis monarcha. ¶ Et istud declarat̄ quadruplici rōne. Prima est: qz cōitas hierarchica est cōitas optima. ergo fuisset hierarchica: in omni aūt hierarchia: hꝫ btūs Diony. est deuenire ad vnū hierarchā: qa lex gīalis hierarchie est lex vt iferiozes per suos supiozes agā tur: vsqz ad vnū supremū. ¶ Scōa rō. qa cōitas quanto melioꝛ tāto magis vna: ꝛ ista vnitas nō pōt esse vnitas indiuisionis simplicis: sed ordinis: vnitas aūt ordinis attēdit in habitudine ad vnū ꝑmū ad qō bñt attributionē ista que sunt de ordine illo: ꝛ sic cū illa multitudo fuisset sūme vna: vnicū ꝓncipē habuissent. ¶ Tertia rō: qa sicut illi electi fuissent ꝛ fuerūt eternal'r prędestinati ad diuersos gradus felicitatū respōdentiū angelis qui fuerant: quoꝛ ruinā reparaturi erāt: ita erāt ꝓordinati ad diuersos gradus vtutū: ꝛ ita cū fm gradus vtutū attendat̄ ordo in ꝓncipatu optimo: ibi optim⁹ fuisset ꝓnceps effectus: alioquin bonoze sibi debito caruisset. ¶ Quarta rō. qa fm gradus meritoziū in via sancti habuissent diuersos gradus felicitatuz in patria ꝛ econuerso: ꝛ sequitur q ex gradibus diuersis habitudinis fuissent hierarchice subordinati in patria: eadez ratione ex diuersis gradibus virtutis in via. ¶ Sed oritur difficul. quia homines natura sunt pares: ꝛ ideo contra nām humanā videtur q vnus alteri ꝓncipetur: cum ꝓncipatus ex imparitate consurgat. ¶ Dicit̄ ante q

C Principatus status inocentie in casu 2ᵐ ꝓdicti pōt.

Al. supmus.

Ostēdit statū inocētie in casu monarchiā ponē q̄ patri archatuz esse. Al. regant.

Unitas duplex

D

Tollit per oia.

Subdo 4ᵐ.

